



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De sacramento coniugij. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

niacis ordinati, similiter ab officio remoueantur. Symoniacos vero non symoniacè à symoniacis ordinatos, misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendum est de his qui ordinantur à symoniacis, ignorantes eos esse symoniacos. Hos facit symoniacos non reatus criminis, sed ordinatio symoniaci.

*Alexander Papa de his qui violenter à symoniacis vel ab hæreticis ordinantur.*

*Alexand. 2.  
l. q. 1. cap.  
Ergo symo-  
niacos. 1. q.  
1. Constat.*

Similiter cum decreuit Alexander Papa, symoniacos omnino damnandos ac deponendos: subintelligendū est, nisi violenter quis attractus fuerit. De his enim & à quibuslibet hæreticis violenter ordinatis, dicit Innoc. quod possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, & pessimo eorum cōciliabulo renuntiant.

*De etate ordinandorum ita decreuit Nicolaus Papa.*

*Gratianus  
ex Bonifacio  
refert, dist.  
78. in princ.*

Sacri, inquit, canones sanxerunt, vt Subdiaconus non ordinetur ante 14. annos, nec Diaconus ante 25. nec Presbyter ante 30. Deinde si dignus fuerit, ad Episcopatum eligi potest: quod nos etiam pari modo seruare iubemus. Item Fabianus, Si quis 30. ætatis non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, & si valde sit dignus: quia & ipse Dominus 30. annorum baptizatus est, & sic cepit docere.

*Lus. 3. c.*

DE SACRAMENTO CONIUGII, CUIUS institutio & causa ostenditur.

DISTINCT. XXVI.

Cum alia sacramenta post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserint, matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum à Domino: non tamen ad remedium, sed ad officium. Refert enim scriptura Gen. in Adam misso sopore, atq; vna de cost. eius sumpta, & exinde muliere formata, virum in spiritu intelligē-

*Gen. 2. d.*